

qui illic haerent, nec minus indigenas qui eis receptum praebent, ita castigatos fore, ut nec hi, nec illi tale quicquam in posterum audeant; expediet tamen, ad res tuendas, ut iustum classem, eique operi idoneam, cum tu Goam redibis, in istis Maris partibus relinquas, eiusque imperium et summam praefecturam mandes Andreae Hurtado Mendosae, aut si quem ei muneri aptiorem iudicabis, quemadmodum pro tuo in me affectu confido, ea in re non aliud te respecturum quam quod rebus meis erit utilissimum.

Scriptae Madritii XXVII Ian. MDCVII. Signatum  
Rex. Inscriptio. Pro Rege. Ad Dominum Martinum Alfonsum de Castro suum Consiliarium, et suum Proregem Indiae.